

hominibus per singula loca et territoriis¹ constitutis liberis et servis utriusque sexus per hanc nostri precepti vel concessionis paginam² portaticum toloneum ripaticum paratam et obstaticum et absque aliqua publica functione quiete vivere sub hoc nostro regali praecepto, ut deo sanctisque omnibus pro stabilitate nostri regiminis praeces incessanter fundant. Optanter igitur iubemus, ut nullus archiepiscopus episcopus³ dux marchio comes vicecomes nullaue magna vel parva persona uniuscuiusque ordinis aut dignitatis in rebus et possessionibus canonicorum placitum tenere aut iniuriam² residentibus⁴ super terras ipsorum facere presumat nec ipsos distringere aut molestare audeat nec pignum tollere aut flagellare presumat; sed liceat predictis canonicis suorumque successoribus omnibus rebus et possessionibus eorum omni tempore sub tuitionis nostrae⁵ munimine quiete, remota totius potestatis inquietudine, permanere. Si quis autem⁶ temerarius contra hoc nostrae confirmationis preceptum ire temptaverit aut aliquam molestationem inferre presumpserit et per omnia iam dicta non observaverit, sciat se compositurum auri optimi libras centum, medietatem⁷ camere nostre et medietatem⁷ praedictis canonicis suisque successoribus. Quod ut verius credatur et diligentius ab omnibus observetur, sigillo nostro impressius¹ iussimus insigniri.

⁸ Ego Gebehardus Tridentinus dei gratia episcopus et Italiae archicancellarius subscripsi. (Sl. D.)

III. Urkunde Viktors II.

Jaffé-L. Reg. 4337. 1055. VI. 14.

Zwei Originalnachzeichnungen aus dem 12. Jh. im Kapitelarchiv zu Bologna B. 1. n. 9 (A) und n. 10 (B). Wegen der geographischen Namen vgl. die Noten von n. 1. Die Uebereinstimmungen mit Jaffé-L. 4338 — leider auf Grund des mangelhaften Textes bei Ughelli, Italia sacra ed. 2. II, 533, der nur an einigen Stellen mit Hülfe von D. H. II. 279 korrigiert werden konnte — sind durch Petitdruck kenntlich gemacht.

¶ Victor episcopus servus servorum dei Petro ¶ archipresbitero⁹ reliquisque canonicis regulariter viventibus sancte Bononiensis ecclesie suisque successoribus in perpetuum. Si iustis servorum dei petitionibus satisfecerimus, procul dubio¹⁰ apostolica precepta servamus. Quapropter inclinati precibus Adalfredi eiusdem ecclesiae¹¹ episcopi vestrisque, filii karissimi, confirmamus atque corroboramus vobis vestrisque successoribus canonico iure viventibus, quicquid per paginam concessionis et confirmationis iuste ab eo vel ab aliquis¹² acquisistis

1) A. 2) Nicht sicher, ob der Schnörkel über dem letzten a auch das Abk.-Zeichen ersetzen sollte. 3) 'eps', ohne Abkürzungszeichen, A. 4) Vor dem r ein p durch Punkte getilgt. 5) 'nrae', mit Schnörkel am e, der wohl das Abk.-Zeichen zugleich ersetzen soll. 6) 'aut', mit Schnörkel am t, der wohl das Abk.-Zeichen zugleich ersetzen soll. 7) Nicht sicher, ob der Schnörkel über dem letzten e auch das Abk.-Zeichen ersetzen sollte. 8) Diese Unterschrift von anderer Hand zugesetzt. 9) In A hinter 'tero' 6 cm. lange Rasur. 10) 'dubioo' B. 11) 'ecclesiæ' B. 12) A B.